

An tota efficacia auxiliij przuenientij gratia, sit à Deo tanquam à sola totali & propria efficiens causa; atque ita tale auxilium dicatur; Deo sit vere & complete efficax de se, & ut est przuisio à Deo. An potius ista efficacia sit à Deo, & à consensu liberi arbitrij tanquam à duabus causis ~~totalibus~~ propriis efficientibus.

Est consequenter an in liberi arbitrij potestate situm sit przuenientij diuinae gratia auxilijs redere propriae efficaciae, vel inefficaciae.

Denique utrum positi auxilijs przuenientij gratia vere & propriae efficiat, ita simul cum illo actualis diffensus liberi arbitrij.

Ad respondendum de interrogationibus aduerte, necesse est, auxiliium gratia przuenientij esse aliquid in nobis à Deo factum, & esse principium, quo Deus in nobis operatur supernaturalis actus proprie à se factis humanis, hoc est, liberis, & ex propria nostra deliberatione procedentes. Hinc ergo est ut in hoc auxilio przueniente, quod efficax est, efficacia eius dici possit, aut virtus illam, quam habet ad efficiendum in nobis liberum consensum, simul faciendum ut voluntas nostra liberè consentiat; aut ipsa actualis efficiencia liberi consensu nostri; utramque enim significationem proprie admittere vocis illa, Efficacia: Deo ideo cauenda est & distinguenda voci ambiguitas.

Ad primam ergo interrogationem respondendum est, efficaciam przuenientis auxiliij prius modo sumptam esse à solo Deo, illudque auxilium, ut est przuisio à Deo, esse vere & complete efficax, tum quia à solo Deo habet totam suam efficaciam, & virtutem ad mouendam nostram voluntatem; tum etiam, quia quatenus à Deo sic Deo nunc datur, potens est ad habendam nostram voluntatem, ut infallibiliter liberè consentiat, & in hoc consistit efficacia eius.

Illa vero particula, de se, quae in interrogatione additur, nec à Latibus, aut Philologis de hac re loquentibus addi solet, nec necessaria est videtur; quia interrogationem reddere obscuriorem est enim ambigua, unde distinguenda etiam est. Nam in uno sensu, & aduersa dictioni Efficax, quae proxime praecedat, est diminutiuum, potius quam auctus sensu locutionis: dicitur enim auxilium de se efficax, quia quantum in se est efficax coexistens, nisi impediatur à libero arbitrio, quomodo auxilium sufficiens est etiam de se efficax. Quare in hoc sensu manifestum est auxilium przuenientij à solo Deo habere, ut sit de se efficax: tamen de hoc sensu Latini in interrogationum.

Alio ergo modo sumitur illa particula, de se, ut augeat & ampliat sensu locutionis, & excludat omnem aliam rationem diuinae efficaciae talis auxiliij praeter virtutem eius; ita ut sensus sit, hoc auxilium esse ita efficax, ex vi sua, & diuinae entitatis, ut actualiter habeat, & physicam efficaciam ad przueniendam nostram voluntatem, seu ad faciendum infallibiliter actum propter quem datur. Et hic sensus videtur intensus ab interrogantibus, nam est maxime proprius illius locutionis, & intensus à



modernis Theologis, qui particulam illam in diuini modi locutione adiungere conueniunt. In hoc igitur sensu
omnino negandum est, auxiliium praeueniens habere de se hanc efficaciam, quia hoc modo nostra libertas
Adhiberi tamen potest alius sensus, in quo illa particula de se, solum indicat auxiliium illud, pro
ut datur a Deo, prius quam homo per illud aliquid faciat, esse uero efficace, hoc non habere efficaciam
praedictam de libero arbitrio u. a causa efficiente, sed habere illam a Deo huc ferre tali modo quatenus
quauis non sine respectu ad liberum arbitrium, cui congruum est tale auxiliium in diuina praesentia. Atque
in hoc sensu adhiberi potest, hoc debet illa locutio. Ratio uero diuersa, ex eo sumenda est, quod paulo
antea diximus, hanc efficaciam diuini auxiliij non esse tantum physicam, hoc ideo non conuenire illi de se in
priori sensu explicare. Habet ergo illam morali modo, hoc supposita praesentia Dei circa liberum arbitrium
cumque futura cooperatione, si hoc uel illo modo praeparatur, cui enim adiungitur definitum Dei propositum
que statim hominis uoluntate ad se conuenit, ex quo proposito per hoc illud auxiliium, quod accommodari esse
praeparatur: ideoque in potestate sensu auxiliium, ut a Deo procedat, dici potest de se efficace.

At uero, loquendo de efficaciam in altero sensu, sic dicendum est hanc efficaciam non esse a solo Deo
uel a solo auxiliio praeueniente, sed etiam a nobis minus principaliter cooperantibus: quia, ut Aug. dixit,
Cui saluauit te sine te. Nec uero proprie dicitur, ut in interrogatione proponitur, hanc efficaciam esse
efficientem a consensu liberi arbitrij, nam potius est circa consensum liberi arbitrij, hoc ab ipso libero ar-
bitrio efficiente, talem consensum, praedicta modo cooperando eidem auxiliio, ut Concilium Trident. dixit. Denique
nec etiam propria est locutio, quae in eadem interrogatione habetur, hanc efficaciam auxiliij esse a Deo et
libero arbitrio u. a duabus causis proprie efficientibus: sed consensus ipse liber est proprie ab his dua-
bus causis uere ac proprie efficientibus, efficientia autem non proprie sit, sed est ipse actualis influxus, seu o-
peratio, per quam fit liber consensus.

Ex his facile est responsio ad alias interrogationes. Ad secundam enim eadem distinctio adhibenda est
si omnino sensus sit, an sit in potestate liberi arbitrij reddere auxiliia Dei praeuenientia efficaciam, uel ineffi-
ciam, id est, alia efficientiam, uel non efficientiam consensum: sic dicendum est esse in potestate nostras reddere
inefficaciam de auxiliis, quia est in potestate, nostras eis resistere, hoc dissentire, si uelimus, ut dixit Con-
cilium Trident. Et simili modo est in potestate nostras adhibere cooperationem necessariam, ut auxiliium praes-
ueniens efficiat, hoc sicut quae non efficiat: quo sensu dici solent tales auxiliium reddi efficace a libero arbitrio,
est tamen minus propria locutio, quia liberum arbitrium non dat aliquid ipsi auxiliio, ut dicatur illud efficace red-
dere: sed dicitur proprie, liberum arbitrium posse impedire, uel non impedire efficaciam diuini auxiliij praesueni-
entis. Item dicitur proprie liberum arbitrium aliquid conferre ad actionem praeuenientis auxiliij, sine quo tales au-
xilium nihil efficiat.

Si autem non sic sensus deo actuali efficientiam, sed deo efficaciam auxiliij in actu primo (ut terminis
scholasticis utamur) sic non est situm in potestate liberi arbitrij reddere inefficaciam tales auxiliium praes-
ueniens, quod efficace esse supponitur: quia hoc modo fit sensus compositus, qui inuoluit repugnantiam. Sicut

ni potest homo facere ut illud auxilium no sit congruum, quod Deus praevidet fore congruum.
Si vero no supponatur aliquid, sed simpliciter de illo auxilio sit sermo; sic verum est esse
situm in potestate liberi arbitrij, ut auxilium praeveniens no sit efficax, quia in potestate illius
absoluto loquendo, est no cooperari illi auxilio, sine qua cooperatione illud no erit efficax.

Atque hinc patet responsio ad ultimam interrogationem: nam facta suppositione, quod auxi-
lium sit efficax, no fiat simul cum illo actuali dissentus liberi arbitrij, quia in illa suppo-
sitione includitur, Deum praevidisse, futuris tali auxilio liberum arbitrium fore consenturum
que scientia semel supposita mutari no potest, de in ea fundatur efficacia auxilij, que
praeter sufficientiam ex parte ipsius auxilij, nihil addit nisi infallibilem conjunctionem cum effi-
cili ex praevidentia conditionata, de ex intentione Dei absoluta, cui humanum arbitrium no re-
sistit. At vero nulla facta suppositione, de considerato illo auxilio praeveniente secundum
suam entitatem, de physica tantum efficacia; sic possit stare cum illo actuali dissentus
liberi arbitrij: quia iuxta doctrinam Tridentini Concilij semper est in potestate liberi ar-
bitrij resistere praevenienti auxilio.

Post has responsiones esset spiritum conciliatum, reconuenire interrogantes, de vicissim ab
eis interrogare, an prima propositio admittant in secundo sensu hic reprobanda, de cognoscant
suum sensum de physica praedeterminatione declarare, nec potuerunt effugere responsio-
ne, cum iustissime interrogarent, quia ex hac interrogatione pendat scire in quo conveniamus
vel differiamus circa has propositiones. Simili modo interrogandi sunt, an admittant secunda
propositio in primo sensu supra declarato, id est, an actualis efficacia auxilij praevenientis
pendeat de concursu liberi arbitrij, a quo proinde possit impediri. Item an regent tertiam propo-
sitionem in ultimo sensu de nobis probato, de consequenter an dicant, esse aliquid auxilium prae-
veniens, quo probato, ei no possit resistere liberum arbitrium.



De officio auctoris. Petrus
Francis Junius

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

